



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 19. Ejusdem Mysterii punctum 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60232)

## MEDITATIO. XIX.

*De Circumcisione, Luc. 2.*

Myft. punct. 2.

CONG. Sicut ante dictum est.

PRÆL. I. Vocatum est nomen ejus Jesus.

PRÆL. II. Mente manere in speluncâ, in qua Christus est natus.

REFL. III. Petere, ut possimus percipere suavitatem, &amp; vim sanctissimi istius Nominis.

PUNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Aspiciere personas tres Divinas, non solum de Incarnatione verbi; Sed etiam de nomine ipsi imponendo tractantes ab æterno.

INTEL. ~~Intercin~~ocinemur, quod voluerint imponere nomen, quod juvaret ad redemptionem nostram; quod nos alliceret ad sequendum Doctorem, Ducem, Regem nostrum. REFL. Concludamus, quantam curam, charitatem habuerit nostri Deus ab æterno.Vol. Infinitam illam misericordiam extollamus. *Domine quid est homo, quod memores ejus?*

Pl. 8.

PUNCTUM. II. VERBA. MEM. Audiamus SS. Trinitatem per Gabrielem legatum suum, B. Virgini tandem nomen illud manifestantem, dicendo: *& vocabis nomen ejus JESUM.* Luc. 2.INTEL. Perpendamus, quod nomen illud significet *Salvator*: quia nomen est *Salutare*, etiam corde

H

tan-

tantummodo pronunciatum, in omni periculo, intentatione, in vitâ, & in morte. REFL. Videamus, quam forti & facili remedio contra omnia mala nos instruxerit Deus: quam negligenter eo usi fuerimus.

VOL. Optimè hîc adhiberi possunt omnes affectus, qui sunt in Hymno S. Bernardi: *JESU dulcis memoria, &c.*

**PUNCTUM. III. OPERA. MEM.** Consideremus quid in Cœlo, & in Terrâ factum sit dum nomen illud innotuit.

INTEL. Perpendamus, simul atque nomen illud, quod est super omne nomen, Christo datum fuit, mox impletum fuisse id, quod habetur Philip. 2. *In nomine JESU omne genu flectatur, Cœlestium, Terrestrium, & infernorum.* REFL. Concludamus, quantam reverentiam debeamus tali nomini: cogitemus, quantam hæctenus detulerimus.

VOL. Ardeamus toto corde, amore erga talem Regem, cujus solum etiam nomen, tam amabile juxtâ, ac venerabile est. Non dubitemus illum proximè in omnibus sequi.

COLLOQ. Conforme contemplatione Regni Christi, miscendo affectus hymni supradicti S. Bernardi. RECOLLECTIO. REPETITIO. APPLICATIONE SENSUUM.